

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

82. Theonas in conuentione mercedis pro opera & labore suo deceptum se  
vltra dimidium videns finito etiam anno remediū[m] habet æquitatis, ad  
quam contractus est reducendus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

in fin. Salas Tom. 2. Tr. 13. D. 3. f. 2. n. 17. Bonac. Tom. 1. de Horis Can. D. 1. q. 2. pun. 4. n. 27. Palao Tom. 2. Tr. 7. D. 2. p. 1. pa. 2. n. 29. &c alij. Ratio est, quia multiplicantur hic præcepta solum materialiter; quippe non datur Beneficium Beneficiato titulo Iustitiae, sed Religionis; præcipitur enim recitatio horarum Can. in laudem DEI, ut recte Palao.

Atque ex his patet ad argumentum in contrarium; negatur enim dari Beneficium sub conditione officij: conceditur autem dari sub modo & onere. Patet quoque immetitò Laymanum hanc nostram sententiam communis Doctorum contrariam affirmasse, atque improbabilitatis damnasse, cum tanto magnitudine Doctorum numero, & rationis momentumtatur.

LXXXII. Theonas operam suam locauit nobili cuidā ad arcem, quæ destructa erat, reparandam per integrum annum conuentione mercedis 100. florenorum. Nunc finito anno, & arce egressa reparatā deceptum se aduertit plus, quam dimidio pretij, adeoque 150. florenos labore & arte suā ad minimum se meruisse, quod sancte affirmat Confessario petens ab ipso consilium. Quaritur. An iuvare possit?

Videtur non posse. Ita nonnulli I. P. ed, quod contractus iam sit finitus, neque optioni possit decepto vel rescindendi contractū, vel mercedem supplendi.

Pp 2

Resp.

Resp. Theonam iuvari posse. Ita Fachin  
L. 2. *controuers. c. 22.* Molina, *de Iustit. Tr. 2. D.*  
349. § *prædicta.* & alij. Nam finitâ locatione  
Iesus remedium habet ex L. 2. *codic. de rescin-*  
*dend. vendit.* ut saltem contractus ad æquitaté  
redigatur. Ergo æquitas exigit, vt hâc viâ  
subsidiū accipiat, imò etiamsi dispositio cit.  
legis in hoc casu locum non haberet, ex alijs  
tamen nim. ex L. si *superstite.* Cod. de dolo, &  
L. *siquis eum aliter.* ff *de verb. oblig. decepto sub-*  
*veniendum effet.*

*Ad rationem contrariam dicimus, esto con-*  
*tractus non possit rescindi, quia finitus est,*  
*posset tamen eundem reparati, & ad æquitaté*  
*reduci, quod sufficiens videtur.*

LXXXIII. Theon Sacerdos Vesperas Officij  
diuini vt alijs anni temporibus ita etiam in Qua-  
dragesima orat post meridiem circa tertiam, quod  
aduertens alias Presbyter eum huius admonet,  
aitque, absque peccato (nisi iusta aliqua causa sub-  
sistat) fieri istud non posse, quam ille admonitionem  
non curat, sed pergit morem suum tenens. Queri-  
tur. An Theon reipsa peccet, Vesperas in Quadra-  
gesima absque alia causa post meridiem dicendo?

Videtur peccare. Tum quia vniuersim pec-  
cat venialiter, qui horas Canonicas non legit  
temporibus determinatis, vt contra Catamu-  
elem in Theol fundamentali fund. 53. § 20. n. II.  
& 17. docent Card. Bellarminus, Toletus,  
Valentia, Lessius, Sanchez, Layman & com-  
muniter